



Syllabus contentorum.

1. Orientii Commonitorium fidelium, cum notis Henr. Leonh. Schurzgleischi.
2. Christ. Gottfr. Stentzelii Liber de aurium blandimentis veris magis quam blandis.
3. Io. Abrah. Birnbaum de natura ac usu studii antiquitatum liber singularis.
4. Io. Christian. Fischeri selecta et rariora Latini purioris monumenta, ubi habentur a) Frid. Gotthilf Marshall dicti Greiff Panegyricus in obitum uxoris Sophiae Eliab. Schwartzpessliae. b) Io. Phil. Steuoghtii Progr. de uno studiosiorum genere seligendo. c) Eiusd. Progr. de hierarchia Romana. d) Christian. Gott. Schwarzii Progr. in obitum Christiani Gottfr. Laur. Rinxi. e) Epistola quaedam selectiores Nemo. p) Io. Alexand. Brasigiani Plav. Omnis. s) Eiusd. Elegia Messus in dolio. e) Io. Pasjeratii Nihil. 2) Io. Henr. Aczeri Carmina nonnulla. 7) Io. Christ. Fischeri Panegyricus in natalem Frederici III. principis Comentaio de iudicio pharaonum filii Romani vulgo neglecto. 8) Inscriptio.
5. Io. Henr. Schaeferi Schedion critico-philologicum, in quo genuina indoles linguarum IV. cardinalium, scilicet Germanicae, Latinae, Graecae ac Hebraicae, simulq. neui quidam in vulgaribus praecipis, nec non aliqua compendia doctrinae adhibenda ostenduntur.
6. Georg. Christian. Hallbaueri Diss. de recta linguarum descendendarum ratione.
7. Eiusd. Diss. de scripturae eius origine, natura et variis modis, praecipua per litteras ex ere fusas.
8. Christ. Gottl. Ioecheri Diss. de M. Antonii Triumviri Timone.
9. Sigism. Frid. Dreygii Comentaio de correctoribus imperii Romani.
10. Io. Christian. Fischeri Diss. de Hubertino clerico Crescentinate, elegantiorum litterarum saeculi XV. in Italiae imperatore.
11. Erhard. Reuschii Diss. de bibliothecis Romanorum.
12. Mich. Lilienfeldi Diss. de philotheci vario, eandem usu et abusu.
13. Io. Henr. Martii Diss. de praecipuis iisdem, antiquioribus litterarum statonibus ac Macenatibus.
14. Sigism. Fritzsche Diss. de praecipuis iisdem, recentioribus litterarum statonibus ac Macenatibus.
15. Io. Gottlob Guttlerei Comentaio de lectione monumentorum Graecorum Latinorum, acronastica et eius in primis dignitate.
16. Sigism. Frid. Dreygii Animadversiones in Fabri thesaurum continuatae.
17. Dan. Guil. Molleri Diss. de S. Aurelio Victore.
18. Eiusd. Diss. de C. Fannio.
19. Io. Gottfr. Hauptmanni Diss. de Atticisms.
20. Io. Georg. Cecardi Censura diplomatis Carolini de scholis Onabrugensis ecclesiae Graecis et Latinis, ab objectionibus Iodoc. Herm. Munningsli vindicata.
21. Sam. Florentis Reuini Diss. de profesoribus veteris ecclesiae martyribus.
22. Gottlieb Wernsdorffii Diss. de constitutionum apostolicarum origine, contra Guil. Whistonum.
23. Io. Iust. Spier Diss. quae testimonia patrum V. primorum saeculorum de Pauli apostoli itinere in Hispaniam coniecto labefactantur.
24. Alexand. Politi Oratio de literarum Graecarum necessitate.
25. Adr. Stegeri Diss. de insulis sacrae dignitatis insignibus.
26. Iac. Perizonii Diss. de rebus atque incrementis Prugorum.
27. Io. Frid. Weidleri Diss. de sacramentalibus.
28. Io. Iac. Syrbi Sententia theologorum nigratium de determinata futurorum contingentium veritate adjecta.
29. Erh. Reuschii Diss. de immutabili naturae lege.
30. Io. Georg. Walchi Diss. de episcopo patre spirituali.
31. Eiusd. Diss. de variis theologiae tradendi methodis.
32. — Historia transsubstantiationis pontificia.
33. — Diss. de formulis salutandi apostolicis.
34. Henr. Klausegii Diss. de methodo demonstrandi mathematicae, ad res theologicas non applicanda.
35. Frid. Iac. Trenthaberi Diss. de eodem argumento.

RESPONSIO
 AD
 VINDICIAS PILGERIANAS,
 Dissertationum Tremoniae habitarum ;
 DE IMAGINE DEI, MUNDO, AC SPECIEBUS RE-
 RUM IMMORTALIUM INNUMERIS:
 nec non Programmatum,
 DE INFLUXU LAPSUS HUMANI IN MUNDUM
 CORPOREUM,
 Et Quaestione, AN HOMO SIT SPECIES INFIMA?

Autore

M. Gottfr. Christoph. Claudio,
 V. D. M. Pratenf.

HAMBURGI, —
 Ex Officina JOH. CHRISTOPHORI KISNERI,
 A. C. 1734.

RESPONSIO

AD

VINDICIAS PILGERIANAS

DE IMAGINE DEI, MUNDO, AC SPECIEBUS RE-
RUM IMMORTALIUM INNUMERIS;
Dissertationum Trimonie habitarum

DE INFLEXU LAPUS HUMANI IN MUNDUM
CORPORUM,
Dissertationum Trimonie habitarum

IN QUESTIONE, AN HOMO SIT SPECIES INTIMA?

habeo

M. Gottfr. Christoph. Claudio,

V. D. M. P. S. S. S.

HAMBURGI

Ex officio Joh. Christiani Kiseri,

A. C. 1734



RESPONSIO AD VINDICIAS DISSERTATIONIS DE HOMINE IN
IMAGINE DIVINA CREATO. §. 1. An Scriptura doctrinam de creatio-
ne in actu signato explicet? §. 2. De formali & præcipuo vocis כראָה si-
gnificatu. §. 3. Distinctio inter rationem formalem actus Gen. I. 1. per
כראָה denotati, & formalem hujus vocis significatum expenditur. §. 4. U-
tus vocis hujus secundarius. §. 5. Buddeus fatetur, omnia vocabula Gen.
I. 1. in formali suo significatu adhiberi. §. 6. Pilgeri in Logica & Ontolo-
gia ignorantia. §. 7. Instantia ejus a calceo & limbo vestis petita excu-
riuntur. §. 8. Jel. XLIII. 7. explicatur, coll. Rom. IX. 6. XI. 26. Joh.
I. 12. §. 9. De Ezech. XXVIII. 15. & voce תמים. §. 10. De 2. Cor.
III. 17. 18. & Glasio. §. 11. Justitia DEI definitio. §. 12. An vox
אָרְךָ denotet similem? §. 13. Pilgerus in Hebræo Codice ne primum
quidem Geneleos Caput sibi familiare reddidit. Marci Marini conjectura
de discrimine אָרְךָ & אָרְכָה. Antagonista male scribit Bidmut. §. 14.
Idem confundit, esse simile, & non differre, ac terminos dependens & in-
dependens pro Logicis habet, cum sint Metaphysici. §. 15. Sibi ipsi con-
tradicit. §. 16. Rationes Seb. Schmidii pro genuino sensu Gen. V. 1. ab
exceptionibus vindicantur. Nec non Phil. II. 7. & Rom. I. 23. §. 17.
De domo, & Augustino. Pilgerus in regulas Syllogismi conditionalis
peccat. §. 18. Quid sibi in Philosophicis velit terminus intentionaliter,
ignorat. §. 19. 20. Scriptura formam imaginis Divinæ in solis acciden-
tibus constituit, Error adversarii Socinians a Val. Alberti & Hebenstreit-
bus confutatus. §. 21. An in Syllogismo conditionali proprie & formali-
ter dentur Major & Minor? §. 22. De Eph. IV. 24. §. 23. Quomodo
Pauli nomen scribendum sit? §. 24. De Act. XVII. 29. & Flacianismo,
§. 25. An imago DEI cruciatibus infernalibus in æternum affici possit?
§. 26. Apologia Augustana Confessionis Pilgero repugnat. §. 27. Pro-
batur ex Rom. III. 23. 27. 28. 29. coll. Rom. IV. 5. Eph. II. 5. 8. 1. Cor.
XI. 7. Gal. III. 2. V. 4. 5. Phil. III. 8. 9. illum, qui negat, nos tota ima-
gine

RESPONSIO AD VINDICIAS DISSERTATIONIS DE HOMINE IN
IMAGINE DIVINA CREATO. §. 1. An Scriptura doctrinam de creatio-
ne in actu signato explicet? §. 2. De formali & præcipuo vocis כראָה si-
gnificatu. §. 3. Distinctio inter rationem formalem actus Gen. I. 1. per
כראָה denotati, & formalem hujus vocis significatum expenditur. §. 4. U-
tus vocis hujus secundarius. §. 5. Buddeus fatetur, omnia vocabula Gen.
I. 1. in formali suo significatu adhiberi. §. 6. Pilgeri in Logica & Ontolo-
gia ignorantia. §. 7. Instantia ejus a calceo & limbo vestis petita excu-
riuntur. §. 8. Jel. XLIII. 7. explicatur, coll. Rom. IX. 6. XI. 26. Joh.
I. 12. §. 9. De Ezech. XXVIII. 15. & voce תמים. §. 10. De 2. Cor.
III. 17. 18. & Glasio. §. 11. Justitia DEI definitio. §. 12. An vox
אָרְךָ denotet similem? §. 13. Pilgerus in Hebræo Codice ne primum
quidem Geneleos Caput sibi familiare reddidit. Marci Marini conjectura
de discrimine אָרְךָ & אָרְכָה. Antagonista male scribit Bidmut. §. 14.
Idem confundit, esse simile, & non differre, ac terminos dependens & in-
dependens pro Logicis habet, cum sint Metaphysici. §. 15. Sibi ipsi con-
tradicit. §. 16. Rationes Seb. Schmidii pro genuino sensu Gen. V. 1. ab
exceptionibus vindicantur. Nec non Phil. II. 7. & Rom. I. 23. §. 17.
De domo, & Augustino. Pilgerus in regulas Syllogismi conditionalis
peccat. §. 18. Quid sibi in Philosophicis velit terminus intentionaliter,
ignorat. §. 19. 20. Scriptura formam imaginis Divinæ in solis acciden-
tibus constituit, Error adversarii Socinians a Val. Alberti & Hebenstreit-
bus confutatus. §. 21. An in Syllogismo conditionali proprie & formali-
ter dentur Major & Minor? §. 22. De Eph. IV. 24. §. 23. Quomodo
Pauli nomen scribendum sit? §. 24. De Act. XVII. 29. & Flacianismo,
§. 25. An imago DEI cruciatibus infernalibus in æternum affici possit?
§. 26. Apologia Augustana Confessionis Pilgero repugnat. §. 27. Pro-
batur ex Rom. III. 23. 27. 28. 29. coll. Rom. IV. 5. Eph. II. 5. 8. 1. Cor.
XI. 7. Gal. III. 2. V. 4. 5. Phil. III. 8. 9. illum, qui negat, nos tota ima-
gine

RESPONSIO AD VINDICIAS DISSERTATIONIS DE HOMINE IN
IMAGINE DIVINA CREATO. §. 1. An Scriptura doctrinam de creatio-
ne in actu signato explicet? §. 2. De formali & præcipuo vocis כראָה si-
gnificatu. §. 3. Distinctio inter rationem formalem actus Gen. I. 1. per
כראָה denotati, & formalem hujus vocis significatum expenditur. §. 4. U-
tus vocis hujus secundarius. §. 5. Buddeus fatetur, omnia vocabula Gen.
I. 1. in formali suo significatu adhiberi. §. 6. Pilgeri in Logica & Ontolo-
gia ignorantia. §. 7. Instantia ejus a calceo & limbo vestis petita excu-
riuntur. §. 8. Jel. XLIII. 7. explicatur, coll. Rom. IX. 6. XI. 26. Joh.
I. 12. §. 9. De Ezech. XXVIII. 15. & voce תמים. §. 10. De 2. Cor.
III. 17. 18. & Glasio. §. 11. Justitia DEI definitio. §. 12. An vox
אָרְךָ denotet similem? §. 13. Pilgerus in Hebræo Codice ne primum
quidem Geneleos Caput sibi familiare reddidit. Marci Marini conjectura
de discrimine אָרְךָ & אָרְכָה. Antagonista male scribit Bidmut. §. 14.
Idem confundit, esse simile, & non differre, ac terminos dependens & in-
dependens pro Logicis habet, cum sint Metaphysici. §. 15. Sibi ipsi con-
tradicit. §. 16. Rationes Seb. Schmidii pro genuino sensu Gen. V. 1. ab
exceptionibus vindicantur. Nec non Phil. II. 7. & Rom. I. 23. §. 17.
De domo, & Augustino. Pilgerus in regulas Syllogismi conditionalis
peccat. §. 18. Quid sibi in Philosophicis velit terminus intentionaliter,
ignorat. §. 19. 20. Scriptura formam imaginis Divinæ in solis acciden-
tibus constituit, Error adversarii Socinians a Val. Alberti & Hebenstreit-
bus confutatus. §. 21. An in Syllogismo conditionali proprie & formali-
ter dentur Major & Minor? §. 22. De Eph. IV. 24. §. 23. Quomodo
Pauli nomen scribendum sit? §. 24. De Act. XVII. 29. & Flacianismo,
§. 25. An imago DEI cruciatibus infernalibus in æternum affici possit?
§. 26. Apologia Augustana Confessionis Pilgero repugnat. §. 27. Pro-
batur ex Rom. III. 23. 27. 28. 29. coll. Rom. IV. 5. Eph. II. 5. 8. 1. Cor.
XI. 7. Gal. III. 2. V. 4. 5. Phil. III. 8. 9. illum, qui negat, nos tota ima-
gine

gine Divina post lapsum carere, quantum in se est, labefactare articulum de justificatione per fidem in Christum.

RESPONSIO AD VINDICIAS DISSERTATIONIS DE MUNDO. §. 28. Pilgerus Buddei error in articulo Justificationis adstipulatur. §. 29. Hollmanniana definitio *hyperbeseos* expenditur. §. 30. Deus noluit decernere, ut existeret omnis creatura possibilis.

RESPONSIO AD VINDICIAS DISSERTATIONIS DE SPECIEBUS RE-
RUM IMMATERIALIUM INNUMERIS. §. 31. Spiritus brutorum non mutantur in corpora. De voce *μετεσωμωσις*, omnium rerum dissimilitudine, ac Leibnitio.

RESPONSIO AD VINDICIAS PROGRAMMATIS DE INFLUXU LAP-
SPUS HUMANI IN MUNDUM CORPOREUM. §. 32. Præcipua
caussa obsecrati solis & terra motus in passione Christi. §. 33. Inter lap-
sum & jacturam imaginis Divinæ mora haud intercessit. §. 34. Causa
immortalitatis erat concreata sanctitas. §. 35. De Gen. III. 1. 6. §. 36.
De intellectu & voluntate. §. 37. An actiones physicae corporis hodie
unice dependant ab anima? §. 38. De somno Adami, Gen. II. 21, &
Eclipsibus. §. 39. Pilgerus ne prima quidem elementa Geometria tener.
De Levit. XI. 22, 23. §. 40. De virunculis montanis. Dannhaerius
vindicatur. §. 41. Rudigeriana sententia refellitur. §. 42. De voce *he-*
reasis. §. 43. Quam periculosa sit Paracelli & Pilgeri de virunculis me-
tallicis opinio. §. 44. Vindicatur Actor, XVII. 26. coll. Rom. V. 12.
§. 45. Conclusio.



Lector

Lector benevole.

Convicia, quæ Martinus Pilgerus in me totis plaustris immisit, non curo. Nec ea ipsi quicquam emolumentum vel prædium afferunt, sed tantummodo de malitiosissimo ejus animo testantur. Mihi veritas cordi est, quam sicut in Animadversionibus meis tuis sum, ira & nunc in *Vindiciis* hominis examinandis asserere pergo.

RESPONSIO AD PRÆFATIONEM VINDICIARUM.

Falso Pilgerus se ad istud incolarum orbis literarii genus refert, quod accipiat & simul det. Neque enim vel in *Dissertationibus* suis & *Programmatibus* vel in *Vindiciis* novi quicquam nobis dedit, sed omnes, quas in medium protulit, sententias ex aliis autoribus depromsit. Pertinet igitur ad eos, quibus satis est aliunde colligere, sed ita, ut non optima & præstantissima, sed pessima & perverissima corradant atque consasent. Sunt sane *Scriptura Sacra* & *natura* fontes inexhausti, nec unquam vel ullum *Scripturæ* caput, vel ulla pars naturæ exhaurietur. Non autem Pilgerus is est, qui amplificare veritatem, vel præclari quippiam ab aliis nondum observatum, vel in factis literis vel in natura reperire aliisque commonstrare valeat.

RESPONSIO AD VINDICIAS DISSERTATIONIS DE HOMINE IN IMAGINE DIVINA CREATO.

§. I. Pagina 5. 6. *Paulum Slevogrum* adducit Pilgerus, non ut Philosophus, sed ut tiro. Nam tironum est, ea quæ in virorum doctorum scriptis legunt, propter infirmitatem judicii sui sine selectu arripere. Male enim accuratissimus alius Slevogrus existimat, *Dissert. Academ. pag. 409. Doctrinam de creatione in se & in actu signato in Scriptura sacra nusquam explicari.* Dum enim Moses *Deum in principio creasse cælum & terram* commemoret, luculenter docet, mundum ex nihilo conditum esse. Nam in principio nulla materia extabat, Paulus etiam Apostolus explicat doctrinam hanc, monens, *vocare Deum*

quæ NON SUNT, TANQUAM EA QUÆ SUNT. Rom. IV. 17. Male etiam Slevogrus persuasum habet, *Theologum*, si quando definit, quid creatio in sua ratione formali sit, hoc nequaquam facere habitum Theologico, sed Philosophico. Nam terminum quidem hunc Ontologicum (*formalis ratio*) Theologus ex Philosophia petit, rem ipsam autem ex sacris literis tanquam domestico principio depromit. Nec obstat, quod ratio etiam agnoscat, creationem ex nihilo factam esse. Etenim DEUM existere eisdem Philosophia novit, sed nihiloscium Theologus DEI existentiam ex Scripturis probat, & probare tenetur. Interim Pilgerus Slevogrum hac in re cæco impetu sequitur, nec ea, quæ in Dissertatione XVIII. de Creatione recte doquit, ab iis, quæ perperam tradidit, discernit. Quod autem Slevogrus formali ac primaria vocis כרא significatione productionem ex nihilo indigitari statuerit, ex Disputatione XIX. thes. XXI. apparet. Quum enim virgulea & animalia creata dicuntur, vocem creationis sumi LATE tradit, quomodo Ebraeorum כרא & Græcorum κτίειν sæpe usurpentur, p. 446. Proinde stricta significatione de productione ex nihilo כרא intelligendum esse duxit. Sic & thes. XII. hominem propter formas supernaturales divinitus acceptas Eph. II. 10. IV. 24. Gal. V. 6. Pl. Li. 12. creatum & novam creaturam in rigore dici negat, quia tunc homo non fiat ex nihilo secundum totum esse. Quod itidem manifesto indicio est, ex Slevogri sententia CREANDI VERBUM, quando in sacris literis in rigore sumitur, productionem ex nihilo secundum totum esse denotare.

§. 2. Pagina 7. 8. Adversarius frustra disputat 1) generationem non fieri ex nihilo. Neque enim in Animadversionibus meis id usquam affirmavi. Nihilominus tamen, quando DEUS rebus per generationem existentiam donans creare dicitur, involvitur, vocem כרא formaliter & præcipue productionem ex nihilo indicare; quia in creaturis NIHIL esset ad generandum virium, nisi DEUS istas in primæva benedictione esset largitus. Frustra argumentatur 2) Quocumque voces indiscriminatim usurpantur, ac sibi invicem substituantur, illa unum idemque formaliter denotant. Atqui voces כרא, היה, יצא, עשה indiscriminatim usurpantur, ac sibi invicem substituantur. E. voces כרא, היה, יצא, עשה unum idemque formaliter denotant. Nam (a) Conclusio non sentit thesin. Quæstio in eo versatur, num כרא formaliter & præcipue indicet creationem ex nihilo? In hac Conclusionem autem quinque illas voces unum idemque formaliter denotare affirmatur. (β) Falsa est Major. In sacris enim literis עשה & יצא indiscriminatim usurpantur. Attamen formali significato differunt. Hoc enim derivatur a עשה, quod formaliter altitudinem indigirat. Illius autem formali significatio dominationem spectat; vid. Is. IX. 6. 7. collata versione Lutheri.

theri. (2) Franzius adversario palam repugnat. Nam *Præfatione in Tractatum de Interpretatione Scripturarum pag. 42.* adversus Huntlaum hoc argumento ostendit, verbum כרא in primo capite Genesis renovationem designare non posse; *Siquidem explanationes Synonymice Facere, producere, facere ea, qua antea non erant, ut loquitur DEUS, Gen. II. 4. non SIGNIFICANT renovare, sed CREARE EX NIHILO.* Frustra etiam pag. 9. Pilgerus 3) insurgit: *Iste significatus vocis habetur formalis, qui voci constanter & equaliter competit. Sed productio ex nihilo vocis כרא neque constanter competit, neque equaliter. E. productio ex nihilo non est vocis כרא significatus formalis.* Paralogismus enim est, non Syllogismus, cum in prima figura Minorem habeat negantem, secunda figura speciem transpositione subiecti & prædicati in Majore præferens. Eodem modo quis inferre posset: *Lignum est substantia. Disputator Tremoniensis non est lignum. Ergo Disputator Tremoniensis non est substantia.* Si vero non esset substantia, nec esset homo. Quod si vero obiectio ita proferatur: *Formalis significatus vocis כרא constanter & equaliter competit. Productio ex nihilo non convenit voci כרא constanter & equaliter. Ergo non est vocis כרא significatus formalis; tunc negamus Majorem.* Fieri enim potest, ut vox aliqua adhibeatur alio, quam formali significatu; id quod Pilgerus pag. 6. falsus est. Quapropter non necesse est, ut significatus iste constanter & equaliter adhibeatur. Frustra (4) p. 10 urget, per abstractionem tantum prodire significatum producenti, voci & constanter & equaliter competentem. Non enim hic queritur de abstractione ejusmodi, sed Antagonista in Dissertatione de Homine in Divina imagine creato §. IV. negavit, *FORMALEM ET PRIMARIUM vocis כרא significatum esse productionem ex nihilo.* Itaque controversia in eo constituta est, quid vox hæc notet primario, & ipso adversario farente formalem significationem designare effectiorem ex nihilo necesse est, siquidem hæc significatio sit primaria. Jam vero vox כרא primario significat effectiorem ex nihilo. Ita enim adhibetur Gen. I. 1. de effectiione cæli & terra ex nulla præexistente materia, conf. Cap. II. 4. *בְּהִרְאֵם כֹּסֵם עֲשׂוּת.* Ergo hæc etiam formalis est, fatente antagonista ipso, significatio.

§. 3. Distinctio inter *variationem formalem adus* Genes. I. 1. per כרא denotati, & *significationem formalem* vocis כרא ibi adhibita, nil juvat Dissentientem, sed magis constringit. Nam 1) manifestum est, universas voces in hoc versu formali & primario significatu adhiberi. Quapropter mera temeritatis est, in dubitationem revocare velle, an etiam vox כרא primario significatu hic gaudeat. Unde porro consequitur, Mosen inspirante Divino Spiritu in hoc versu ea voce usum, qua rem ipsam maxime exprimeret.

meret. Cum vero ratio formalis creationis non poterit aptius & perfectius exprimi, quam per vocem, quæ formali significatione creationem ex nihilo denotaret; consentaneum est, illam vocem a Mose in hoc versu adhibitam. Proinde כרא formaliter & primario designat creationem ex nihilo. 2) Instantia, quam Tremoniensis Disputator pag. 11. 12. a voce פשוט petit, nulla est. Etenim & illius sensus primarius est, creare ex nihilo, prout ex Gen. II. 4. Francius demonstravit. Reliquæ igitur significationes sunt secundariæ, ex circumstantiis dijudicandæ.

§. 4. Pag. 13. querit Autor, quis futurus sit vocabuli כרא usus secundarius, si primarius sit productio ex nihilo? Dedit operam studiis in Academia Ludoviciana, quæ Giesæ est. Evolvat itaque Johannis Weisii Compendium Metaphysicæ recognitum, ad discat inde, creationem mediatam esse, qua ex præexistente materia aliquid producitur, sive id fiat ex materia inhabitabili, Gen. I. 20. 21. 24. 25. II. 7. 22. sive mediatis causis secundis Jcf. XLIII. 1. 7. Mal. II. 10. pag. 211. Præterea per metaphoram significat spiritualem regenerationem & sanctificationem, Eph. II. 10.

§. 5. Eadem p. 13. 14. negat, omnia vocabula Gen. I. 1. in formali suo & proprio significato adhiberi. Id evincere conatur autoritate Cel. Widenburgii, in Mach. Bibl. Specim. I. Quæst. I. contrarium ex v. 8. 11. inferentis. Sed audiat Buddeum suum, quem Theologi & Philolophi incomparabilis encomio maculat. Is in Institutionibus Theologiae Dogmaticæ non modo contra Clericum & Simonium, quorum vitula Pilgerus arat, profitetur, nos ex primis verbis Moysi condiscere, ex nihilo mundum huncce productum; sed & objectioni huic occurrit. Scio equidem (inquit) & hæc voces, cælum & terra, non una eademque ratione ab omnibus explicari, sed PRÆFERENDA tamen illorum SENTENTIA, qui iis complexum totius universi, sed nondum digesti, atque ornati, significari contendunt. De terra enim statim Moses addit, quod fuerit res informis & inanis. De ipsa ergo substantia, ad eoque & materia cæli & terra, quod ante dixerat, intelligendum, qua aliter, quam per productionem ex nihilo creari non potuit. pag. 352. Hic igitur Buddeum suum sequi debuisset, ubi recte scripsit, non ubi male. Sed ut claritius objectionem solvamus, cælum & terra in formali & proprio suo significato Gen. I. 1. adhibentur, pro illo statu in quo tunc erant. At v. 8. expansum dicitur cælum secundum statum, in quem die secundo transferrebat. Et v. 9. vocatur arida terra, in oppositione ad aquam, tertia die in unum locum congregatam.

§. 6. Pagina 15. incipitur, [sc] inter causas, quibus indubius productionem ex nihilo vocis כרא significatum formalem constitutere negaverit, ambiguit

liguitatem & obscuritatem hujus notionis retulisse. Nonne vero Parte I, Dis-
sertationis pag 6, aperte scripsit? Præterea nullitas earum notionum, quas ter-
mino בראי jungunt, & quidem potissimum productionis ex nihilo, ex eo quoque
pater, quod maxime ambigua sit atque obscura. Itaque significationem effe-
ctionis ex nihilo, oppugnare conatus est ambiguitate atque obscuritate, quam
finxit. Finxit inquam. Etsi enim vocabula ex & nihilum varie sumuntur,
tamen idcirco productio ex nihilo non dicitur ambigua. Nam constructio
ambiguitatem tollit. Nec in Animadversionibus pag. 1. notioni Nihili vo-
cabulum præcedere inseruisse affirmavi, sed Autori notionem præcessit de nihi-
lo uti placuisse. Diversa autem sunt, notioni nihili notionem inferere, &
notione aliqua de ea uti. Porro falsum est, quod ab eo nihil constitui ens
statuerim. Conditionali enim locutione usus sum, NISI notioni præcessit de
nihilo adhibita commoda & idonea interpretatio accedat, eam innuere posse,
nihilum aliquid habuisse existentiam ante creationem rerum. Atque sic tō ni-
hil fore Ens. Misere ergo Pilgerus confundit se ipsum, Enuntiationem condi-
tionalem a categorica non discernens. Regula Logicorum, notionem ac
definitionem non ingredi debere terminos obscuros, cum ipse rationes ac defini-
tionem obscura efficiantur, verissima est. Sed scire oportebat Antagonistam,
Notiones ambiguas & obscuras, imo metaphoricæ & improprias in Philo-
sophicis censi perspicuas & proprias, si per antegressas aut mox subsequen-
tes definitiones ambiguitate liberentur. Sic notionem rhombi & sagittæ sunt
notiones ambiguae, & proinde obscuræ, tropicæ etiam & improprie; in Geo-
metria autem censentur perspicuæ & propriæ, quia per definitiones ad pro-
prietatem sublata ambiguitate reducuntur. Jam vero ex Hebenstreitio, quem
è ἐξ ἐναντίας in Dissertatione de Homine in Imagine Divina creato ipsemet
allegaverat, attuli perspicuam interpretationem productionis ex nihilo, &
quidem tam perspicuam, ut Pilgerus ad eam pag. 16. contingerit. Valde
αὐτοφροσύνης etiam contendit, non esse necessarium, sed utile tantum, ut
inquiratur, quid sit ens. Qui enim Philosophiæ dat operam, illum necesse
est definitionem entis sibi cognitam reddere, ut distinctam ejus notionem
sibi formet. Ita homo rudis novit, quid sit circulus, ex delineatione; sed
Mathematico necesse est, definitionem vel accuratam descriptionem circuli
habere in pronitu. Nec minus suam Ontologiæ ignorantiam prodit, sub-
stantiam definiens per ens per se existens. Est enim substantia Ens per se SUB-
SISTENS.

§. 7. Instantiæ, quibus pag. 17. 18. contra me pugnat, facile corru-
 unt. Nam in Disputatione de Homine in Imagine Divina creato pag. 5. 6.
 palam scripsit, vocabulo משה actionem talem FORMALITER denotari, qua
agens

B

agens alicui existentiam largitur, quod ex & de se ipsa NULLAM habebat. Jam vero calceus respectu materiæ habet aliquam existentiam, antequam futuri industria accedat: neque enim materiam corii ipsemet efficit. Sic & limbus respectu materiæ habet aliquam existentiam, priusquam limbolarius ea vestem circumsepiait. Manet itaque, adversarium in Disputatione sæpius allegata contra se ipsum disputasse.

§. 8. *Jes. XLIII. 7. כְּרֵאֲתֵי* manifestissime regenerationem designat, non generationem. Deus enim jubet adducere, omnem qui vocatur de nomine ejus, & quem ad gloriam suam creavit, formavit, etiam fecit. Quis autem vocatur de nomine Dei? Annon credentes omnes, sive sint oriundi ex Judæis, sive ex gentibus? Hi universi sunt Israel, Rom. IX. 6. coll. Cap. XI. 16. At vero non sunt universi Israel per generationem. Qui enim ex gentibus originem trahunt, per generationem a Jacobo non descendunt. Ergo intelligenda est regeneratio, per quam sunt Israelitæ spirituales, quin & filii Dei adoptivi, secundum v. 6. coll. Joh. I. 12.

§. 9. Nec Ezech. XXVIII. 15. הַכְרֵאֵךְ generationem notat. Argumentum enim meum ex voce תָּמִים firmiter persistit, ac vano labore pag. 19. Pilgerus se maceravit, regerens, vocem illam non semper in Scriptura denotare hominem ab omni labe & tæbe alienum, sed nonnunquam perfectum quoddam statum externum, qui significatus hic commode adhibeatur, hoc sensu: Perfectus & felix fuisti in omnibus actionibus tuis ex quo generatus es, donec inventa est iniquitas in te. Hac vero inventa mutatus est status tuus perfectus ut felix. Etenim a) nullum exemplum e sacris literis adducere valuit Dissentiens, in quo תָּמִים statum externe felicem denotaret. β) Si vel maxime aliquando hoc sensu adhiberetur, tamen inferre inde non foret integrum, et in hoc loco ista significatione usurpari. Illatio enim esset a particulari. γ) In sensu proprio & maxime consueto persistendum est, nisi necessitas discedere ab eo cogit. Jam vero Dissentiens negare non audeat, vocis hujus sensum proprium & maxime consuetum esse, quem in Animadversionibus edidit: sed solummodo regerit, NONNUNQUAM de statu externe felici adhiberi. Itaque jure in illo sensu persistitur. δ) Circumstantiæ etiam interpretationem meam confirmant, cum v. 12. legatur, Regem Tyri fuisse in Eden orto Dei. Id quod commodius explicari nequit, quam cum in Adamo ibi fuisse, ε) Glasius quidem in Libro V. Philologie Sacre Tract. 1. cap. 10. pag. 220. Ezech. XXVIII. 14. Regem Tyriorum metaphorice Cherub appellari statuit, non autem omnia, quæ a v. 12. usque ad v. 19. leguntur, improprie intelligenda esse docet. ζ) Regem Tyri putasse, quod DEUS ita homines creaverit, ut non possent semper recte agere, mihi affirmavi.

Dixi

Dixi solummodo, ita VIDERI. Et sane conjectura hæc est valde probabilis, quandoquidem illi, qui sapientia suæ opinione turgent, ad eorum, quæ minus recte faciunt, culpam in DEUM conferendam in primis proclives sunt.

§. 10. 2. Cor. III. 17. perverfusur 1) ἀφιλοσόφως scribit, Deo vel a-
ni Divinitatis persona in GENERE considerata predicatum Spiritus hic tribui.
Cum enim DEUS non habeat genus, nec persona aliqua Divinitatis in ge-
nere considerari potest. Quod si autem Divinitatis persona in genere con-
siderari posset, sequeretur, quamlibet personam esse speciem, 2) Argu-
mentum ab articulo in Enuntiatione Ὁ θεὸς κύριος τὸ πνεῦμα ἐστίν, frustra ex
Glossio oppugnat. Nam Glossius in *Philologia Sacra* Lib. III, p. 180. fate-
tur, regulam hanc, pro subjectis ea esse habenda, quibus articuli adduntur,
valere, quando συνάφεια textuum id ostendit. Quod autem Glossius 2.
Cor. III. 17. sensum haud fuerit accurate assecutus, humanæ imperfectioni
tribuendum. Non enim Viri magni a lapsibus humanis necessario sunt im-
munes. Nec Schomerus autoritate Glossii deterreri se passus est, quo mi-
nus τὸ πνεῦμα subjectum esse agnosceret, *Exegetis in Ep. 2. ad Corinth.* p. 128.
3) V. 18. καὶ ἄπερ ἀπὸ κυρίου πνεύματος secundum indolem Græci sermonis
hunc sensum postulat: Sicut a Domino Spiritu. Alias enim dicendum fuisset,
ἀπὸ τοῦ πνεύματος τὸ κύριος, vel etiam ἀπὸ πνεύματος κυρίου. 4) Pil-
gerus Lutheri versionem in alium sensum tracturus nescit, ubi pedem figat:
vult enim ita exponi, Dominus est Spiritus ille, seu Spiritus illius dator. Di-
versa autem sunt, est Spiritus ille, & est Spiritus illius dator, 5) Non sequitur,
v. 17. de Christo sermonem esse, quia v. 14. Christi mentio injicitur.
Nam Spiritus S. est Dominus ille, qui per Verbum & Sacramenta efficit, ut
velamen Judæorum in Christo tollatur. 6) Canon, *Subjicibilia sunt angus-
tiora, latiora contra Pradicabilia*, si recte intelligatur, & ab adherente im-
perfectione liberetur, interpretationem a me illatam confirmat. Nam Do-
minus de tribus Personis predicari potest. Itaque hoc loco subjectum Enun-
tiationis est τὸ πνεῦμα, Predicatum autem ὁ κύριος.

§. 11. Definitio justitiæ Dei per bonitatem cum sapientia administra-
tam accurate Philosophiæ repugnat. Vocabulum administrandi enim vi-
cis infert, causam non esse summe principalem. Et quamvis usus latiore
etiam sensum apud Latinos introduxerit, tamen in definitionibus voces ejus-
modi ambiguae adhibenda non sunt, nisi adjiciatur, quo sensu in iis usur-
pentur. Deinde haud sequitur, claram esse notionem justitiæ, quæ fontes
ejus allegat. Si quis enim auditori libros ostendar, unde disciplinæ alicujus
cognitio petenda sit, auditor tamen non propterea disciplinæ illius clara no-

rione imbuatur. Tum vero Calovii definitio itidem fontem justitiæ aperit, nempe *rectitudinem voluntatis Dei*. Quin & Pilgerus p. 22. animadvertit, definitionem justitiæ in Disputatione *de homine in imagine Divina creato* allatam non esse satis claram. Sequentem enim nunc proponit: *Justitia est illimitata promittudo voluntatis Divina conferendi unicuique tantum perfectionis, quantum ipsi per sapientiam ac rei convenientiam distinctissime ab ipso cognitam tribui potest*. At vero & hæc definitio est manca & mutila. Non enim eâ sùstitur justitiæ Divina vindicativa. Nec clare satis in ea exprimitur, quod DEUS sit retributor boni. Proinde Caloviana definitio multo est accuratior & distinctior.

§. 12. Pagina 23. conjecturam suam, *commodissime אדם verti similem, & a deperdito radicis אדם significatu, similis fuit, derivari*, firmare aggreditur. Pugnat autem 1) Petitione principii. Nam ad quæstionem, *unde constet, radicem אדם hunc significatum unquam habuisse?* respondet, *exinde constare, quod nomen אדם donet similem*. Hoc autem est incertum per incertum probare velle, & simul vitiosum admittere circumum. 2) *Vocabulum latinum Homo denotare similem ab ipso similis, existimat*. Cicero autem, qui in originibus Latinarum vocum insignem industriam collocavit, *homines humo excitatos* scribit, Libro 2, de Natura deorum baud procul a fine; etiam si homini cum Deo similitudinem esse Libro 1, de Legibus profiteatur. 3) Negat, ex Gen. 11, 7. *Dominus DEUS formavit את האדם עבר מן האדמה* colligi posse, quod Adam ex terra sit conditus. At vero habemus nostræ sententiæ fundamentum in sacro textu: Antagonista autem nullum e textu sacro ullo fundamentum adducere potuit. 4) Instantiam in Gen. 11, 19. querit, sed frustra. Nam ex terra quidem formata dicuntur animalia, nulla autem inter אדמה & אדם syllabarum cognatio intercedit, sicut inter אדמה & אדם. Præcipuam inter omnes ex terra conditas creaturas ab ea denominari magis conveniebat, quam reliquis; ut ita ostenderetur, Adamo terram principaliter & præ reliquis omnibus datam esse. 5) Argumentatio Antagonistæ: *universa terra propter אדם condita est, & in nulla creatura terra adeo nobilitata est, quam in אדם incola & Domino*. Ergo terra nomen suum אדמה magis ab אדם quam a reliquis universis accepit: hiulca est & mutila. Nam terra nomen אדמה jam habuit, antequam Adamus crearetur, Gen. 1, 25. Igitur ab Adamo non demum accepit. Nec nos terram ab ulla creatura ex illa condita nomen אדמה hæc esse contendimus. 6) Quod Pilgerus ante creatum hominem nunquam terram dici אדמה in Disputatione *de Homine in Imagine Divina creato* putavit, indisiuum præbet, cum in Codice Hebræo tam inadiligerenter versatum, ut ne quidem

dem Caput primum Geneleos, quod pueri multi in trivialibus Scholis ex memoria recitare valent, sibi familiare reddiderit. Nunc admonitus in *Animadversionibus*, ad *anticipationem* pag. 25. confugit. Et si vero non negamus, anticipationis exempla in sacris reperiti, tamen ea sine necessitate ita tuenda non est. Id enim foret temeritatis. Jam vero nulla vel umbra necessitatis appareat, propter quam existimari debeat, ארמה sic per anticipationem dictam esse, Gen. I. 25. II. 5. 6. Nec Glassius, ad quem Antagonista provocat, in *Philologia sacra* Lib. 4. Tract. 3. Observ. 10. dicta hæc Mosai- ca inter exempla anticipationis retulit: ea haud omisurus, siquidem in iis anticipationem dari statuisset. Notissima enim tanto Philologo prima Geneleos capita fuisse quis dubitaret? 7) Urget Antagonista, non fuisse rationem, cur terra alio nomine ante Adamum conditum insignaretur, quam nomine ארמין. Sed sufficit, DEO ita placuisse, ut terram quoque ארמה vocaret. Præterea Marcus Marinus in *Arca Noe* fol. 9. haud inconcinne opinatur, ארמה esse nomen generalius, ארמה de illa, qua colitur, presertim dicit. Firmat enim istam conjecturam effatum Mosaicum, וארמה אין לענך את הארמה Gen. II. 5. 8) Omnes inhabitatores terra nomen suum accipere a terra, quam inhabitant, nunquam & nusquam affirmavi. Itaque pag. 26. Antagonista pugilem agit ως ἀποδιδρασκον. 9) Distinctio ejus inter terram nomine discre- tivo nondum insignitam & nomine discreto insignitam ipsi adversatur. Nam ארמין appellatam esse faetur ante Adamum conditum: & quod nomine ארמה etiam insignita fuerit, priusquam conderetur Adamus, ibidem ex Mose probavimus. 10) Tota species hominis in Adamo & Eva collocata est a DEO in horto Eden. Et procul dubio hortus ille per universam terram habitabilem cultura Adami & posterorum ejus amplificandus fuisset, nisi obtulisset peccatum. 11) Non semper opus est, a potiori fieri denominationem. Cumque Adamus terram visibiliter colere deberet, satis causa erat, cui Adamus ratione corporis denominationem ארמה acciperet, secundum quod visibiliter esset elaboraturus in terra colenda, & ab universis terræ animantibus conspiciendus. 12) Antagonista Gen. V. 1. 2. allaturus bis scribit *Bid- mur*, ad hypodidactalos lingvæ Hebrææ amandandus, ut ex primis Grammaticæ Hebrææ elementis addiscat discrimen inter ת & ב. Neque vero ibi legimus, homines a similitudine Dei dictos esse ארמה, sed simpliciter, ita appellatos esse a DEO in die quo creati sunt. 13) De omni, quod fecit Deus, dicitur Gen. I. 31. quod fuerit bonum valde: non autem, quod hominibus inditum nomen *Tobh* fuerit. 14) Quamvis DETIS amillam imaginem restaurare velit, non tamen propterea conveniens foret, hominibus nomen

hoc *SIMILIS* indi, quandoquidem plerique imaginem in se instaurari non permittunt, adeoque DEO non *fiunt* similes. 15) Regula Grammatica, quamplurima verba sub formis diversis unam *RETINENT* eandemque significationem, ad ארצה & ארץ applicari nequit; nisi prius probet adversarius, hæc duo verba eandem significationem aliquando habuisse. Quod quis enim non habet, illud non potest retinere. Dissentiens igitur denuo vitiosum circulum committit.

§. 13. Pilgerus in Dissertatione de *Homine in Imagine Divina creato* ἀΦιλοσόφως scripserat, *hominem in quibusdam a DEO, & palatium in similitudine palatii cujusdam regii dari extructum a regio non differre*. Diversa enim sunt, *esse simile & non differre*. Homo in omnibus a DEO differt, in iis etiam, in quibus similis DEO est. Unum quoque palatium differt ab altero, etiam si sit similitimum. *Dependens & independens* etiam ἀΦιλοσόφως in Vindiciis pag. 30. pro terminis Logicis habet, cum sint Metaphysici. Nam in Metaphysica agitur de independente & dependente, de infinito & finito Ente. Nec bene cohæret, quod hæc terminis Logicis (proptur appellat) se abstulisse jactat, & nihilofecius terminis *esse specifici & conceptus generici ac proximi* de DEO utitur, qui tamen infinite perfectioni Divinæ prioris repugnant. In duobus palatiis similibus itidem contra regulas sanæ philosophiæ identitatem essentia statuit, cum tamen nunquam duo palatia identitatem essentia habere possint. Nimirum identitatem essentia & similitudinem confundit. Quapropter uno impetu prostrantur, quæ pag. 30. 31. disputavit.

§. 14. Pagina 32. sibi graviter contradicit, *sensibus animi sui contraria esse clamans*, quæ per modum consequentia inferri posse ex verbis suis fatetur. Eo ipso enim agnoscit, sensus animi sui in errore versari, quandoquidem ex veris nihil falsi per consequentiam deduci potest. Porro sibi ipsi repugnat, ibidem negans, se *ex sine generali* Cap. V. Genes. argumentari voluisse, & nihilofecius pag. 33. obvertens, se *ex sine speciali* potius, quam *ex generali* intulisse. Si enim potius ex speciali quam generali argumentari voluit, manet tamen, eum ex generali sine intulisse, licet potius ex speciali.

§. 15. Sebastianum Schmidium vano conatu opprignat. Magnus ille Scripturæ interpres decem rationibus in Tractatu de *Imagine DEI* p. 150. 152. Abben-Etra & Mosis Gerundensis sententiam, *similitudinem DEI & Adami sibi invicem Gen. V. 1. 2. 3. subordinari*, confutaverat. Pilgerus in castra Judæorum transfugiens rationes istas ex parte adortur. *Prima ratio est, non opus fuisse dicere, quod Adam genuerit in similitudine sua, cum no-*

rum sit, omnia generata ex viventibus esse in similitudine generantium, nisi alia esset ipsius locationis causa, nempe corruptam naturam propagatam esse, non integram. Regevit Pilgerus pag. 34. notari omnino debuisse, primos parentes, lapsu licet facto, essentiam suam retinuisse, ne per lapsum essentiam hominis fuisse immutatam putarent. Sed hoc etiam per se manifestissimum erat, Adami enim essentia ex corpore & anima ante lapsum constituta fuerat. Atque sic quilibet homo iisdem ex partibus essentialibus componitur adhuc hodie, id quod unusquisque in se ipso animadvertit. Quare non opus erat id tam operose admoneri. Etiam si vero ex Cap. III. Geneseos constaret, Adami imaginem DEI amisisse, tamen necesse erat lectorem doceri, quod non genuisset Sethum in imagine Dei, sed in imagine sua peccatrice: quandoquidem in Adamo per fidera in semen mulieris Divina imago instaurari cœperat. Ne quis igitur existimaret, hanc imaginem supernaturaliter in Adamo restitui inchoatam, per generationem carnalem ad Sethum propagatam esse: monendus erat Lector, Sethum ab Adamo secundum imaginem ejus peccatricem progenitum: conf. Joh. I. 13. *Secunda ratio Schmidii est, simplicitatem sermonis omnino oppositionem indicare. Fallo regevit ὁ ἀντικειμενος, fateri ipsum Schmidium, oppositionem rerum non adesse. Id enim Schmidius non concedit. Cum enim similitudinem DEI, in qua creatus est Adam, & generationem hominis in similitudine sua opponat, rerum ipsarum oppositionem in dicto Gen. V. I. 3. statuit. Præterea, si Moses indicare voluisset, Adamum in imagine concreatam genuisse Sethum, repetiisset v. 3. verba illa כְּצֶלְמֵי אֱלֹהִים ex v. 1. Tertia ratio Schmidii est: Distincta sunt, hominem in similitudine DEI factum seu creatum esse, & hominem in similitudine DEI generasse. Si dixisset Scriptura hoc duo, Hominem in similitudine DEI generasse, & generasse in similitudine sua, facilius foret subordinatio: quanquam nihilominus aliquod discrimen fere cogitandum videretur. Jam vero dicitur, hominem in similitudine DEI factum esse, & hominem in imagine sua generasse, quæ duo de diversis temporibus loquuntur insuper. Attendendumque, quod ex ipsa Scriptura narratione Genes. III. aliqua in homine mutatio deprehenditur. Quis ergo non aliquam hinc oppositionem statuat? Quæ obvettit Antagonista, ostendunt, quam fortiter hæc ratio animum ejus penetravit. Cum enim pag. 34. 35. nullam oppositionem dari jactasset, nunc p. 36. agnoscit, oppositionem aliquam hinc statui posse. Quarta ratio Schmidii est: Scriptura adeo loquitur emphatice, ut omnino appareat, aliquid eam novi, & quod ex Adamo, non ex DEO esset, dicere voluisse. Non enim nunc dicit: Et genuit (Adam) in similitudine ipsius; sed addit, juxta imaginem ipsius. Quid opus fuit sollicitudine tanta, ut similitudo vera Adami, et si*

milli-

millima, ipsius similitudo & imago nominanda & statuenda intelligatur, nisi quod similitudo ista ex Adamo sit, & non ex alio, h. e. non ex DEO. Quem admodum simili locutione de imagine DEI recte exponenda & intelligenda Scriptura sollicita usa est, Gen. I. v. 26. Adversarius hic Empæctam agit, imo ferme ita loquitur, ac si nullas in sacris literis emphases admitteret, inquit: Die Worte Heil. Schrift hätten ihren gewissen und deutlichen Begriff verknüpft. Was dann darüber sey, sey vom Ubel. Atamen satis apparet, perculisse illum conscientiam, emphasin a Seb. Schmidio allatam magni ponderis esse. Nihil enim ad eam recessit, imo verba Schmidii, *Quid opus fuit solitudine tanta, usque Gen. I. 26. quibus emphasin illam in primis illustravit, ne quidem adducere ausus est.* Quinta ratio Schmidii est: *Qua quæso, ratio dari potest, quare Scriptura non potius dixerit, Adamum in similitudine DEI generasse? Si in primis de hoc sollicita fuit, ut indicaretur, quod similitudine DEI ab homine propagata sit.* Antagonista reponit, *rationem hanc esse, ut posteris Adami non immediate, sed mediate a DEO propagati intelligerentur.* Frigide profusus. Nam quando homo ex parentibus nascitur, per se manifestum est, hominem illum non immediate a DEO, sed mediate per parentes produci, Reliquas quinque rationes Seb. Schmidii ne tetigit quidem, quamvis sint magni admodum momenti, & univèrsæ eo collineant, ut ostendatur, Gen. V. 3. haud dici, quod Adamus in similitudine DEI Sethum genuerit.

§. 16. Male Pilgerus textui suum *denuo* inserit, tametsi Adamus omnes liberos suos in imagine sua peccatrice genuerit. Neque enim opus erat, Gen. V. 3. commemorari, quod Adamus jam antea liberos genuisset, cum id ex Gen. I. seqq. constaret. Mosis autem scopus erat, texere genealogiam Sethi, eo quod ex ejus posteritate proditurus esset Messias. *Que* Antagonista in Dissertatione de *Homine in Imagine Divina creato* §. XVII, XVIII, XIX, XXI. circa sensum verborum attulit, ea vel ad controversiam præsentem non faciunt, vel in *Animadversionibus* jam sunt confutata. Phil. II. 7. phrasis ἐν μορφῇ αὐθωπῶν γενόμενος non indicavit præcise formaliter & directe incarnationem Filii DEI. Nam Christus JESUS, adeoque Filius DEI jam incarnatus v. 5. commemoratur, Itaque v. 7. sermo non est de incarnatione, sed de eo quod Christus per statum exinanitionis similis factus fuerit hominibus aliis servis. Quod si adversarius legisset diligentius Aristotelem, nosset ὁμοία Græcis dici, αὐτὴ μορφῆς ἴα, Lib. IV. Metaphys. Cap. 15. Quod testimonium eo magis observari par est, quandoquidem Scriptores N. T. eadem dialecto, qua Aristoteles, Alexandrina nimirum, usi sunt, Sic etiam ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπαρχων non designat præcise, quidditative & for.

& formaliter ipsam Deitatem, sed possessum divinam gloriam ac honorem, in-
 finitam eminentiam, ac supercoelestem conditionem, & splendorem divina maj-
 estatis. Id quod discere debuisset & potuisset ex Feuerbornii, Theologi de
 Academia Gieslena (quam ὁ ἀντιμεινενος matrem studiorum veneratur)
 meritissimi, Anti-Ostoro, p. 271. 272. Cum vero a Feuerbornio, utpo-
 te Theologo orthodoxiae dedito, fortasse abhorreat, audiat Buddeum suum,
 qui in Theologiae Dogmaticae Institutionibus pag. 827. ait: *Per μορφὴν δού-
 λου ipsam humanam naturam intelligi non posse, liquet, quod de Christo jam ho-
 mine facto, sed propter unionem personalem, μορφὴν θεοῦ, & τὸ εἶναι ἴσα
 θεῷ sibi vindicante, antecedentia loquantur.* Adeoque nec de incarnatione
 Christi apostolo hic sermo est: sed per μορφὴν δούλου **STATUM EIUS**, condi-
 tionemque humilem & abjectam, per quam infima sortis hominibus adnumera-
 batur, describit. Hinc & τὸ ὁμοίωμα ἀνθρώπων, **NON DE CONFOR-
 MITATE QUA ESSENTIAM & naturam, sed qua varii generis in-
 firmitates, imbecillitatesque, immo etiam vite huius incommoda, qua paupes
 maxime, infimaeque sortis homines premunt, capiendum est.** Sed Pilgerus
 ne quidem Buddeum legit, cujus tamen assecla & praeco, cliens & patronus
 esse cupit. Rom. I. 23. Paulus reprehendit Ethnicos, quod *mutarint gloriam
 incorruptibilis Dei ἐν ὁμοιωματι εἰκόνας φθαρτῆ ἀνθρώπων*, dum videlicet exi-
 stimarunt, Deum esse instar hominis visibilem, corruptibilem, voluptati-
 bus impuris & obscenis obnoxium, quemadmodum ex, gr. Charea in Eu-
 nucho pictura Jovis se ad vitium virgini inferendum jactat inflammatum esse,
 Terent. Eunuch. Actu 3, Scena 5.

§. 17. Argumentum, quo evici ex Gen. I. 26, imaginem DEI consti-
 tui in hominum qualitibus & donis, similitudine a domo petita oppugnat
 p. 39 40. Sed ea similitudo ipsi adversatur. Nam substantialia adititii nul-
 lus artificum efficere valet. Quando igitur quispiam domum ad imaginem
 alterius extruit, id ad accidentia, videlicet figuram, magnitudinem, pulchri-
 tudinem, colores, & ejusmodi plura spectat. Augustinus rectissime ex Gen.
 I. 26, docet, *creaturas ante hominem productas ad imaginem Dei accurate le-
 quendo non fuisse productas.* At vero inde etiam sequitur, hominem respectu
 spiritualis essentiae animae ad imaginem Dei conditum haud esse. Alias enim
 inferri posset, universas creaturas conditas esse in Divina imagine, quia qua-
 libet creatura ens est. Prærogativa ingentem esse spiritus humani libens
 fateor, sed a prærogativa ad imaginem Divinam non valet illatio. Antago-
 nista p. 41. concedit, Scripturam subjectum in quod introducta est imago
 & similitudo Dei, distinguere ab imagine & similitudine Dei. Igitur con-
 tradicit sibi ipsi, essentiam hominis negans distingui. Subjectum enim il-
 lud

lud est essentia sive substantia humana. Cum in Syllogismo adversarii, pagina 8. *Animadversionum* Majorem & Minorem negaverim, additis negandi causis: ridicule exclamat, wenn er dann nur die Conclusion behielte, könne er mit den promissis wohl fertig werden. Nam ubi præmissæ in Syllogismo eversæ sunt, Syllogismus conclusioni nullum affert præsidium. Quod *Deus vi intentionum suarum hominem sibi similem creavit, in quibus homo Deo similis creari potuit*, frustra ibidem et pag. 42. disputat *ô éz évavrias*. De eo enim non quaritur, sed num Gen. 1. 26. 27. dicatur, Deum voluisse creare vel etiam creasse hominem IN QUOCUNQUE Deo similis potuerit creari. Sed Pilgerus pro ingenio suo minime Logico discrimen haud animadvertit. Eadem pag. 42. in Syllogismo connexo subsumit; *falsum est prius, ergo & posterius: ablegandus ad Artificium disputandi* Andrea Prückneri, ut inde dicat, *in Syllogismo conditionali a destructione antecedentis ad destructionem consequentis non valere consequentiam*, pag. 293.

§. 18. Argumentum, quo Antagonista in *Dissertatione de Homine in Imagine Divina creato*, pag. 26. usus est, non præterit, sed eo ipso confutavi, dum ostendi in *Animadversionibus* pag. 8. *Personas SS. Trinitatis imaginem Dei ab essentia & substantia hominis omnino distinxisse*. Sic enim corrui minor, *in esse spirituali anima ejusque facultatibus Deum intentionaliter hominem sibi similem creasse*. Argumentum autem hoc ex Hebenstreiti System, P. I. p. 849. desumit, licet in *Vindicijs* p. 43. gloriatur, se alius argumentis pugnasse. Securus vero Hebenstreitium denuo est non ut Philosopher, sed ut tiro & puer. Nam terminum *intentionaliter* de suo adjecit, quo Hebenstreitus usus haud est. Noverat enim Vir doctissimus, Metaphysicis *intentionaliter* non designate propositum sive intentionem, sed illud quod est *apparens*, atque *realis* opponi. Et quod ad rem ipsam attinet, valde absonum est, Pilgerum, cum nec eruditionem, nec acumen, nec zelum adversus Budæum similesque veritatis perverfores, nec reliquas præclarissimas Viri hujus dotes minima ex parte assequatur, navos ejus sibi imitandos sumere, quos quantum fieri potest, tegere æquitas postulat. Pertinet igitur ad imitatores illos, de quibus Horatius in Epistola 19. conquestus est. B. Val. Alberti in allegatis ab adversario verbis inter *sensum Biblicum & Ecclesiasticum* palam distinguit. Idem in *Interesse Religionum* p. 209. imaginem Dei *sensu Biblico pro SOLIS animi bonis spiritualibus, puta, pro concreata sanctitate, sapientia et justitia accipi* testatur.

§. 19. In Syllogismo, quem Antagonista p. 44. affert, negamus iterum Minorem, cum sacræ literæ nusquam *esse spirituale anima* ad imaginem Dei ut homini inexistenter retulerint. Quin & falsa Major est. Licet enim Scri-

Scriptura immortalitatem & dominium in res creatas ad imaginem Dei referat, tamen hæc NON FORMALITER ad eam spectant, sed consequenter, adversario ipso fatente in Dissertatione de Homine in imagine Divina creato,

pag. 27.

§. 20. Tres exceptiones ejus uno ictu in *Animadversionibus* pag. 9. prostratæ sunt, dum ostendi, Scripturam Imaginis formam in accidentibus constituere. Hinc enim patet 1) accidentia totam formam ejus absolvere. 2) Scripturam nunquam imaginem pro spiritali esse animæ ejusque potentiis accipere, quandoquidem sacræ literæ nunquam sibi contradicunt. 3) Amissam esse totam imaginem, cum sapientiam, justitiam ac sanctitatem amiserimus. Et dum Pilgerus p. 47. distinguit inter imaginem concreatam & amissam, simul etiam distinguit inter imaginem concreatam & amissam, quia concreatam negat prorsus amissam esse, eo ipso in Socinianorum partes non quidem ex toto, attamen ex parte transiens. Eorum enim error est, *imaginem Dei adhuc post peccatum in hominibus inesse*, a Val. Alberti rectissime rejectus potest o *εξ εὐαγγέλιου*, in Systemate p. 966. 967. scribente: *Postquam igitur evictum est, Adamum sibi & posteris omnibus, ab ipso per carnalem generationem descendentibus, justitiam originalem lapsu suo perdidisse, demonstrata simul fuit hæc orthodoxorum thesis. Per lapsum Adæ imago Dei amissa est. Nam imago Dei, principaliter & ABSOLUTE sic dicta, nihil aliud est, quam ipsa originalis justitia.* En! Hebenstreitus haud distinguit inter imaginem residuam & amissam, sed amissam esse sine exceptione & limitatione pronuntiat. Præterea imaginem Dei absolute sic dictam aliud esse negat, quam ipsam originalem justitiam. Proinde secundum Hebenstreitum esse spirituale hominis ad imaginem FORMALITER consideratam nequaquam pertinuit.

§. 21. Pagina 46. argumentatur o *ἀντιρρητικός*. *Cujus forma non in accidentibus tantum sed & in essentialibus constituitur, ejus forma non potest constitui in accidentibus tantum. Atqui forma imaginis divine constituitur non in accidentibus tantum, sed & in essentialibus.* E. imaginis Divina forma non potest constitui in accidentibus tantum. In hoc Syllogismo negamus Minorem. Inter causas autem negandi etiam ista est, quod se ipsam contradictione implicita evertat. Contradictorium enim est, formam unius rei ex substantia & accidentibus simul constitui. Jam vero animæ hominis spiritalis est substantia. Idcirco non potest in eâ consistere forma imaginis Divina, quam in accidentibus constitui Minor hæc fatetur. An in Syllogismo Conditionali formaliter detur Major, nil quicquam facit ad Questionem de

Imagine Dei. Itaque profus *ἀλόγως* & *ἀλογίως* illud hoc affert. Appa-
 ret autem hinc etiam, quod naturam Syllogismi conditionalis minus perpe-
 ctam habeat. Nam *Syllogismus proprie non dicitur, sed formula quadam ac
 dispositio enuntiationum est, qua tam simplices consequentias, quam syllogismos
 proprie dictos, hoc est Categoricalos, proferre licet, teste Joachimo Jungio, Phi-
 losopho acutissimo, in Logica sua, p. 233. Itaque Major & Minor proprie
 & formaliter non dantur in Syllogismo connexo, sed ita salutaneur impro-
 prie & minus accurate. Major enim est sumptio Syllogismi, in qua major
 terminus disponitur cum medio. Minor autem, in qua minor terminus
 cum eo disponitur. Jam vero in Syllogismo connexo non datur medius ter-
 minus. Nam quando Antecedens positive & Consequens remotive repe-
 titur, tunc non est terminus, sed integra Enuntiatio; quemadmodum *Enun-
 tiatio conjuncta sive composita est, qua in duas pluresve simplices Enuntiationes
 resoluti potest.* ibid. p. 149. Sic etiam Pricknerus in Compendio Logico pag.
 195. docet; Syllogismum conditionalem loco majoris propositionis habere
 enuntiationem conditionalem.*

§. 22. Pagina 47. fatetur Antagonista, per *veterem hominem non in-
 telligi ipsam hominis essentiam, sicuti per novum hominem non intelligitur ipsa
 hominis essentia.* Ergo male statuit, *imaginem Dei constitutam fuisse in esse
 animae spirituali.* Nam Apostolus novum hominem induere jubet; Eph. IV.
 24. esse spirituale animae autem non possumus induere, quia illud quivis ho-
 mo habet, sive sit incredulus sive fidelis. Frustra regerit, Paulum non de
 toto ambitu loqui, quem imago Divina tam formaliter quam consequenter com-
 plectatur, quia nullam mentionem faciat immortalitatis corporis. Nam esse
 spirituale animae haud consequitur demum renovationem imaginis Divinae,
 sed eam antecedit. Falsum etiam est, *immortalitatem corporis per immorta-
 litatem alterius partis positam fuisse, id quod Dissentiens p. 48. temere affir-
 mat.* Etenim post lapsum etiam anima immortalis est, attamen corpus mo-
 ritur. Igitur immortalitas corporis promanavit e justitia originali, qua de-
 perditam hominem mori oportuit, etiamsi anima hoc quidem sensu non mo-
 reretur. Nam quando anima in inferno perditur Matth. X. 28. alius sensus
 est, de quo nunc dicere haud opus est. A qualitatibus simul positus non
 concludendum esse ad negationem *esse spiritualis animae* libentissime fateor;
 nam anima citra controversiam spiritus est. Quæritur autem, an esse spiri-
 tuale animae ad formam imaginis Divinae pertineat? quod negatur. Ludit
 vero Pilgerus verbis, ut pueri astragalus, argumentans. *Quicquid ad for-
 mam entis alicujus pertinet, illud totam formam entis constituit. Atqui ani-
 ma rationalis pertinet ad formam hominis. Ergo anima rationalis totam for-
 mam*

nam hominis confirmat. Si regerem, in hoc Syllogismo quatuor dari terminos, satis animadverto, cum non esse ita resoluturum Dianocam hanc, ut exceptio ista perspicue evanesceret: nam artificio dianocæ compositas resolvendi haud est instructus. Nolo autem ejus imperitiam in subsidium vocare. Itaque fateor, formam Dianocæ hujus compositæ recte habere. Hoc autem ei in mentem revoco, quod in Dissertatione de *Homine in Imagine Divina creato* p. 27. & 29. phrasés has, *sapientiam, sanctitatem atque justitiam pertinere ad formam imaginis divinae, & in sapientia, sanctitate atque iustitia conceptum formalem imaginis CONSTITUISSE*, eodem sensu adhibeat. Jam vero in anima rationali hominis forma totius sive Metaphysica haud CONSISTIT. Nam anima rationalis est forma hominis physica, sive forma partitæ. Igitur nihil prodest adversario syllogismus iste, quia eo sensu, quo phrasin, *ad formam pertinere*, in Dissertatione commemorata adhibuit, ut videlicet in eo forma CONSISTAT, minor falsa est. Licet enim dici queat, animam ad formam hominis pertinere, tamen non in hoc sensu id dicendum est, ut forma in ea consistat, quia forma hominis est tota hominis quidditas, sive Humanitas. Si quis regerat, Pilgerum ea ratione loquendi, *ad formam pertinere*, abutum esse, me non habebit valde repugnantem.

§. 23. Pagina 49. ex Cellarii *Orthographia latina* scriptionem vocis *Paulus* per duplex LL. defendere satagit. Sed irrito labore. Nam 1) etiamsi apud Romanos utraque scribendi ratio in lapidibus reperitur, tamen in quaestione est, annon geminum LL. consuetudine magis quam ratione adhibitum sit: quemadmodum Cellarius pag. 130. Peloponnesum gemino NN. scribi ex Strabone observat. 2) Quando scriptio nominis variat, tum ea adhibenda est, qua quisque in nomine suo exarando uti voluit. Atqui Paulus Apostolus nomen suum unico L. constanter scripsit, prout ex Epistolis ejus apparet. 3) Quod Walchius scribat *Paulus*, parum ad rem facit. Nam focer ejus & Præceptor Buddeus simplici L. utitur, & fortasse Walchius geminum elegit, ne videretur focerum in omnibus sequi. Vid. *Institutiones Theologiae Dogmaticæ* p. 750. 751. 795. 799. Ita etiam scripsit Heinsius in *Exercitationibus ad Novum Testamentum*, p. 380. 382. 407. 420. 458. 503. Nec aliter plerique Critici. 4) Apostoli nomen esse Latinum, certo affirmari nequit. Etsi enim sunt, qui a proconsule Sergio Paulo nomen hoc traxisse existiment, tamen conjectura hæc suis non caret difficultatibus. 5) Nomen *Paulus* Græcum esse in *Animadversionibus* nullibi affirmavi. Nec probabilitate mihi destitui videtur eorum sententia, qui Hebraum esse, & ex פּוּל & פּוּל derivatum existimant, eo quod Paulus plus omnibus aliis Apostolis laborare & pati debuerit, 1. Cor. XV. 10.

§. 24. Rom. III. 23. de imagine Divina sermonem esse, Buddens, quem Antagonista tantopere effert, ipsemet fatetur, prout in *Animadversionibus* p. 14. monui, Act. XVII. 29. temere inserit ὁ ἀντιμαρτυροῦν, *Si ad similitudinem Dei accedimus.* Id enim non reperitur in Textu, Pagina 51. falso mihi tribuit, quod eum Flacianum esse dixerim. Nam sic verba mea habent: manifestum est, Tremoniensis a consensu cum Flacianis **HAC IN QUÆSTIONE** purgare se non posse, cum iisdem, quibus Flaciani, armis contra veritatem insurgat, dicto Paulino, Act. XV II. 28. eodem, quo Illyricus, modo abusus. Diverſa autem sunt, esse Flacianum, & a consensu cum Flacianis in aliqua questione purgare se non posse. Notissimum enim est, non modo dari consensum totalem, sed & partialem. Interim nec ex parte in errorum societatem venire decet. Quæ de Tremonienti Professore admiscet, iis ignorantiam suam & infirmitatem iudicii sui commonſtrat. Nam qui vel mediocri Latinitatis notitia instructus est, facile discrimen inter Celeberrimi Klugii stilum meumque agnosceret, nisi cerebrum in calcaneo gestet. Formam esse indivisibilem, Philosophi magno consensu docent. Quod autem formam partim accidentalialia constituere queant, inauditum est in Philosophorum Scholis. Sane inter formam accidentalem, quarum aliqua possit intendi & remitti, et essentialibus distinguntur: sed idcirco una eademque forma ex essentialibus & accidentalibus simul haud constituitur. Similitudinem a palatio petitam §. 17. jam excussimus. Si fornaces ad formam domus referre velit, multas ædes in Anglia exuet formâ, quarum non paucas fornacibus destitui constat.

§. 25. Pagina 52. se ipsum refellit. Cum enim contradictorium & absurdum sit, Christi cruciatus infernales in æternum perferre, quos tamen ad tempus pertulit, pater, aliquid, quod in aliquo casu aut tempore absurdum & contradictorium haudquaquam est, nihilominus alio in casu esse absurdum. Quod animæ hominum sint particula divinæ essentia, recte negat Antagonista: nec absurdum est aut contradictorium, animas impiorum in æternum ardere in inferno. Sed imaginem ipsam Divinam in æternum cruciari absurdum est. Nam imago Dei semper est laudanda. Anima impii in inferno ardens indefinenter, non est amplius laudanda. Ergo anima illa non est imago Dei. Et quis non exhorrescat, audiens, aliquid, quod ad formam Divinæ imaginis pertineat, cruciatibus infernalibus in æternum uti? Dum vero Antagonista jactat, se §. XXIII. ad Gen. IX. 6. Jac. III. 9. provocasse, quando acceptionem imaginis Divinæ latiore non ἀρχαίον sed ἑγγραφον statuit, magnam partem Dissertationis suæ de Homine in imagine Divina creato evertit. Quod si enim id sequitur, in nullo alio loco Scripturæ generalem acceptionem reperiri necesse erit: alias enim illatio esset a particulari. Proinde frustra

stra se maceravit, dum ex Gen. I. 26. 27. eam derivare conatus est. Regeret fortasse, allegatum a se Hebenstreitum ex Gen. IX. 6. Jac. III. 9. argumentatum. Quis autem Lectori necessitatem imponet, Hebenstreitum evolvendi? Itaque vel firma perstat conclusio, quod ita prostraverit, quae ex Gen. I. 26. 27. contra Ecclesiae Evangelicæ sententiam disputavit: vel etiam Eclipsin iudicii sui stitit, dum dicta, Gen. IX. 6. Jac. III. 9. ne quidem adduxit. Interim hæc etiam dicta in *Animadversionibus* p. 12. 13. vindicata sunt.

§. 26. Apologia Augustinæ Confessionis adversario palam repugnat. Idque (ait) testatur Scriptura, cum inquit, hominem ad imaginem & similitudinem Dei conditum esse. Quod QUID EST ALIUD, NISI IN HOMINE HANC SAPIENTIAM ET JUSTITIAM EFFIGIATAM esse, qua Deum apprehenderes, & in qua reluceret Deus, hoc est, homini dona esse data, notitiam Dei, timorem Dei, fiduciam erga Deum, & similia? Sic enim interpretantur similitudinem Dei Irenæus & Ambrosius, qui cum alia multa in hanc sententiam dicit, tum ita inquit: NON EST ergo ANIMA AD IMAGINEM DEI, in qua Deus non semper est. Et Paulus ad Ephesios & Colossenses ostendit, imaginem Dei notitiam Dei esse, justitiam & veritatem, p. 54. In versione Germanica dicitur. Und Paulus zu den Ephesern und Colossern zeigt genug an, daß Gottes Bilde in der Schrift nichts anders heisse, denn Erkenntniß Gottes, und rechtschaffen Wesen und Gerechtigkeit für Gott. Quod autem additur, hæc nihil impedire Augustini interpretationem de imagine, nil juvat Antagonistam. Nam quæ Augustinus scripsit, vel cum hisce conveniunt, vel tamen facile conciliantur. Sed adversarii sententia e diametro adversatur. Hereticum apud illos quaerendum est, qui pestilentissimis opinionibus suis hæreticos efficere allaborant, prout Pilgerus, ejusdemque furfuris alii.

§. 27. Illum, qui negat, nos tota imagine post lapsum carere, quantum in se est, articulum de justificatione per fidem in Christum labefactare, ex Rom. III. 23. in *Animadversionibus* p. 11. clare satis evici, quia Paulus articulum de justificatione per solam fidem in meritum Christi inculcaturus, magna cum emphasi urget, omnes peccavisse & DESTITUI GLORIA DEI. Quandoquidem vero Antagonista tenebris habens obscuratum intellectum, propter ignorantiam, quæ est in ipso, propter obdurationem cordis ipsius, illationem hanc non est affectus, petito ejus in fine pag. 53. gratificaturus, adhuc clarius eam & quidem Syllogistice edisseram. Argumentor igitur 1) Quicumque non est peccator, per fidem in Christum non potest justificari. Jam vero, qui imaginem Divinam non totaliter amisit, non est peccator. Ergo qui imaginem Divinam totaliter haud amisit, per fidem in Christum justificari

cari non potest. Major patet, quia in justificatione per fidem remittuntur peccata, Rom. IV. 5. conf. Eph. II. 5. 8. Minor probatur ex verbis Apostoli, Rom. III. 23. *Omnes enim peccaverunt, & destituuntur gloria DEI. Quod per gloriam Dei designetur imago, firmiter colligitur ex 1. Cor. XI. 7. εἰμὼν ἡ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ ὡς ἡ γῆ ἐστὶν εἰκὼν τοῦ οὐρανοῦ.* Proinde per contrapositionem prompte inferitur: Qui non destituuntur imagine Dei, non peccaverunt. Notanter autem inquit simpliciter Paulus, delitui nos gloria Dei. Si vero esse spirituale animæ foret pars imaginis, non destitueremur gloria Dei. Nam spirituales animæ essentiam quilibet, etiam increduli retinent. Argumentum 2) Quicquid præsupponit Apostolus, ut opera justificatione prorsus excludantur, illud illæso justificationis per fidem articulo negari nequit. Atqui totalem carentiam gloriæ Dei Paulus præsupponit, ut opera justificatione penitus excludantur. Ergo totalis carentia gloriæ Dei, sive imaginis Divinæ negari nequit, illæso justificationis articulo. Major probatur ex Gal. III. 2. V. 457, Phil. III. 8. 9. Minor apparet ex Rom. III. 29. coll. v. 27. 28. Argumentum 3) Ex quocumque Paulus probat necessitatem justitiæ Dei per fidem Jesu Christi in omnes & super omnes qui credunt, illud incolumi justificationis articulo negari non potest. Atqui ex totali imaginis Divinæ jactura Paulus probat necessitatem justitiæ Dei per fidem Jesu Christi in omnes & super omnes credentes. Ergo totalis imaginis Divinæ jactura incolumi justificationis articulo negari nequit.

AD VINDICIAS DISSERTATIONIS DE MUNDO.

§. 28. Antagonista p. 55. gloriatur, se Buddeum *summo studio vocasse Theologum ac Philosophum incomparabilem, eo quod vidisset ipsum quavis datæ occasione publice privatimque circa ullam suam culpam traduci.* Quod autem culpa penes Buddeum sit, ob quam errores ejus a Viris cordatis veræque pietatis deditis refellantur, vel exempla in *Animadversionibus* pag. 15. seqq. adducta satis superque testantur. Proinde non jure ac merito Buddeum tanto encomio mactavit, sed male & falso. Quod p. 36. commemoravi, *magnam esse non modo in Westphalia, sed & tota Ecclesia Evangelica nomen summe Reverendi D. Klegii ob orthodoxiam & furore carentem pietatem, frustra mihi objicit adversarius.* Nam quo pauciores hodie sunt, qui veræ doctrinæ & pietatis causam decenti zelo & indefesso studio agunt, eo magis diligendi & venerandi sunt. Et una pagina orthodoxiæ dedicata majoris fieri debet, quam spissum volumen aliquod Buddei, falsis & pestiferis opinionibus

nibus infectum. Quæ in autoribus Pontificiis, Arminianis, Calvinianis, pro veritate testimonia reperiuntur, recte annotantur a nostratibus, prout Joh. Gerhardus Bellarmium orthodoxias testem scripsit. Non autem idcirco dicendi sunt Theologi incomparabiles. Flacium laudavi contra Interimistas: sed errores ejus de Imagine Divina & peccato originali in *Animadversionibus* pag. 11. 12. palam rejeci. Buddeum autem à *avvixeiçetov* laudat amore errorum ejus, cum se ipsi in puncto *Justificationis* adlilipulari pag. 56. profiteatur.

§. 29. Somnium Rüdigerianum, quod *Deum omnes mundos possibiles producere decreverit*, firmaturus, p. 57. distingvit inter *hypotheses in genere & in specie*. Illas definit *sumtiones liberas, quibus melioris doctrinae gratia utimur*. Sic *hypotheses esse: Signum additionis est †, Signum subtractionis est ---, &c.* Jam quidem definitiones nominales etiam hypothesibus latissimo significato sic dictis comprehenduntur, non tamen idcirco *hypotheses* definiendæ sunt per liberas sumtiones, quibus melioris doctrinae gratia utimur. Longe plures enim dantur sumtiones liberae, quam hypotheses, generalissimo significato. Præterea sequeretur, nullum Axioma esse hypothesin, quandoquidem axioma non est sumtio libera, sed *propositio vera admodum generalis, qua per inductionem quasi tacitam, & nobis non animadvertentibus factam, immotescit*. Hypotheses in specie Pilgero sunt *sumtiones liberae, quibus ad rationem certarum phænomenorum reddendam utimur*. Definitio admodum vitiosa, sic enim iterum omnes hypotheses axiomatice profligarentur. Excluderentur etiam hypotheses practicae sive principia practica, liberumque foret, suum cuique tribuere vel non tribuere, Parentes & Magistratus honorare vel non honorare, promissis stare vel non stare. Unde simul patet, quam temere pronuntiet Pilgerus, *omnem hypothesin qua hypothesin, opinionem non ingredi*. Nam duas rectas partem communem haud habere hypothesis est, & quidem a priori nota, quia *auditori ante demonstrationem inductione facta approbari potest*. Quis autem negaret, eam, similesque alias demonstrationem ingredi? Quin & a posteriori nota hypotheses adhuc hypotheses salutantur, postquam *demonstrationibus plurimis ex illis jam deductis, quarum conclusiones Phænomenis consentiunt, rate sunt habita, & necessario vere esse creduntur*. Sic Opticorum hypothesis, *Lumen a quovis polita superficie ad angulos aequales, vel quam maxime fieri potest aequales, reflecti sive repercuri*, a posteriori nota est, & indubia jure habetur: nec tamen propterea hypothesis dici cessat. Quod si Pilgerus Jungii, Mathematici summi & in demonstrationibus accurate sciendiis versatissimi Logicam p. 323. usque

331. evolisset, rectius de Hypothesibus Philosophorum erudiri potuisset. Debuisse etiam animum adijcere ad necessitatem ex hypothesi, ex, gr. ad necessariam damnationem reproborum ob incredulitatem finalem. Ita facile fuisset animadvertere, quam manca & mutila esset Hollmanniana *hypotheseos* definitio, cui tanta cum precipitantia assensum adhibuit.

§. 30. Pagina 58. impudenter negat, se *factum esse, ex rationis principis certe ac firmiter colligi non posse, quod necesse sit, Deum velle decernere, ut existat omnis creatura possibilis.* Nam in *Dissertatione de Mundo* sententiam Hollmannianam de Decreto Divino omnes possibles producendi mundos aperte inter ea refert, quibus subscribendum sit illud Manlii: *Semper erit genus in pugna, DUBIUMQUE MANEBIT, Quod latet.* Itaque memorem cum esse oportebat. Distinctio inter decretum & executionem ejus in se proba est, sed Syllogismo adversarii apertico nullum tutamen offert. Hymni enim, quos Angeli, si ante centies mille annos essent conditi, cecinissent tunc DEO fuissent omnes boni: neque tamen DEUS voluit Angelos ante decem annorum myriades creare. Unde etiam minime est mirandum, si Pilgerus ad hanc tam manifestam instantiam nihil reposuit, p. 59. Infinitas numero creaturas produci est contradictorium, ac proinde fieri nequit. Igitur potentia infinita non magis obstaculo est, quod infinite creaturae produci nequeant, quam quod contradictoria fieri haud possint. Innumerum per infinitum ab Antagonista explicari, nullibi scripsi. Monui autem, *experientiam Autori Dissertationis minime suffragari: licet enim creaturae sint innumerae, ita ut a nobis numerari nequeant, non tamen earum numerum esse infinitum, ut nec auferri possit nec minui. Animadversionibus, p. 28.* Quod si vero Deus decrevisset omnes res possibles condere, creaturae tandem forent numero infinitae.

RESPONSIO AD VINDICIAS

DISSERTATIONIS DE SPECIEBUS RERUM IMMATERIALIUM INNUMERIS.

§. 31. Quicquid destruitur, illud non mutatur in corpus. Atqui spiritus brutorum destruantur, fatente Pilgero, & ex *Eccles. III. 21.* recte probante. Ergo in corpora haud mutantur. Nec valet exceptio, pag. 60. *eo ipso quo spiritus brutorum transcorporascant, sive in corpus mutentur, essentiam illius destrui.* Etiam si enim tunc in corpus transmutaretur, tamen non destineret esse ens, adeoque non destrueretur. Et quis spiritum transmutaret in corpus? Se ipsum ita mutare nequit: nec ullibi in Scripturis ac ratione vel minimum apparet indicium, quod DEUS ex spiritu corpus efficere velit. Ita-

Itaque manet absurdissimum, tale quid admittere. Vocem hanc, *μετεμοίωσις*, Græcis designare corporis unius in aliud corpus transmutationem, in Lexico Scapulae adductis Græcis autoribus probatur. Quod si illis contentus non est adversarius, ex Græcis Philosophis afferat exempla, in quibus vox ista de transmutatione spiritus in corpus esseratur. Imitatio vocis *μετεμοίωσις* significati illi haud patrocinator. Ea enim non transmutationem sed transmigrationem animæ notat. Si igitur eam imitari placeat, *μετεμοίωσις* non poterit denotare animæ, sed corporis vel transmigationem vel transmutationem. Substantiæ immaterialiæ & immateriales differunt, ut latius & strictius. Omne immateriale est immateriatum: sed non vicissim. Immateriale enim est ejusmodi immateriatum, quod extra materiam existere potest. Omnium rerum dissimilitudinem Leibnitiæ nec primus invenit, nec primus in apicium produxit. Id quod in *Animadversionibus* p. 36. firmiter evicti, testimonio Ciceronis, *DILUCIDE doceri a politioribus Physicis, singularium rerum singulas proprietates esse*. Thraonica Pilgeri jactantia, quantopere philosophari velit, risum lectori exprimet. Inter velle & posse autem ingens discrimen intercedit.

RESPONSIO AD VINDICIAS
PROGRAMMATICIS DE INFLUXU LAPSUM
HUMANI IN MUNDUM COR-
POREUM.

S. 32. Christus patiens Deus & homo in una persona, totiusque mundi Creator, infinite superabat mundum universum. Igitur hæc præcipua causa erat obcurati Solis & terræ motus, & longe potior illâ, quod mundus corporeus propter lapsum humanum suas passus mutationes, suum quoque vanitatis sensum publico spectaculo delamentari debuit.

S. 33. Mora temporis inter lapsum & imaginis Divinæ jacturam nulla intercessit. Nec tamen idcirco negamus, successively contigisse. Videtur Pilgero minus cognita Philosophorum distinctio inter durationem Philologicæ et Philosophicæ acceptam. Illa moram & tractum temporis quandam recipit. Hæc etiam sine mora temporis esse potest, & sæpe est actu. Sic & successio quadam datur, absque mora temporis tamen brevissima. Ictus oculi multis constat particulis, quemadmodum ex Physicis patet. Igitur *primum, statim, & denuo statim, ac confestim*, nec quatuor ictus oculi, nec unicum efficere necesse est, quando de successione philosophicæ sumpta queritur.

§. 34. Concreata sanctitas erat causa immortalitatis in corpore, quia non conveniebat, substantiam imagine Dei, quæ *in justitia & sanctitate veritatis* consistebat, Eph. IV. 24. *PLENE ET PERFECTE* præditam mori. *Per peccatum mors intravit in mundum*, Rom. V. 12. Ergo sanctitas concreta erat causa, quod homines in statu integritatis essent immortales.

§. 35. Similitudo ab Antagonista p. 64. allata ei repugnat. Nam prima occasio, qua vit ejusmodi ad feminam alienam polluemdam inducitur, est pravitas *voluntatis* ejus, elegantem illius formam diutius contemplari constituentis. Sic primam occasionem peccandi Evæ dedit *propositam voluntatis*, quæ est animæ facultas, inquirendi, an fortasse serpens vera prædicaret. Confestim enim abominationi habere consilium debuisset serpentis, ut primum verbo DEI esset oblocutus. Quod Eva diu contemplata fuerit arborem illam cum pulchro fructu suo, antequam serpens cum alloqui inceperet, temere affirmat Pilgerus. Moses enim prius commemorat, quod Evam serpens allocutus fuerit, Gen. III. 1. deinde vero demum, quod *mulier viderit, bonam esse arborem in cibum, & appetibilem oculis*, v. 6.

§. 36. Cum probandum esset antagonistæ, ab *argumentatione ad volitionem* semper tutum duci argumentum, urget, *voluntatem esse continuationem representationis intellectus*. Jam si id esset veritati consentaneum, non tamen inde sequeretur, *SEMPER* ab argumentatione ad volitionem tutum duci argumentum. Nam continuatio representationis intellectus destinationem animi infert. Deinde voluntas male describitur per continuationem representationis intellectus. Cum enim homo adhuc esset in statu integritatis, voluntas erat facultas libere eligendi bonum, & fugiendi malum. Cumque unum pestiferum *placua*, si sit admodum forte, totam valetudinem destruere valeat, multo magis una prava volitio omnem volitionem spiritualiter bonam in primis parentibus tollere potuit. Ratio, quia totus homo adeoque etiam anima sufficientes habebat vires, quamcunque pravitatem a se arcendi. Gravissimam ergo vim naturæ suæ primi parentes inferebant prava volitione: atque sic consentaneum omnino erat, ut una prava volitione omnem volitionem spiritualiter bonam in se tollerent. Quæ de univærsis præceptis Decalogi violatis monui, eo spectant, ut tanto magis appareat, quod volitione ista prava se totos corrumpere potuerint. Itaque ad verfarium pag. 68. num. 3. controversiæ statum confudit.

§. 37. Conditionalis est locutio: *Si corrupto corpore in anima adhuc superstes fuisset imago divina, satis habuisset virum, per quas corporis corrupti illecebris resisteret*. At vana est exceptio advertentium, *corpore corrupto statim harmoniam inter animam & corpus tolli*. Etsi enim id in se verissimum est, tamen,

tamen, si (conditionate iterum loquor,) imago fuisset adhuc in anima superstes, nihilotcius per vires imaginis illecebras corporis anima superare valuisset. Nec a corpore pœna transire ad animam potuisset, si anima fuisset a culpa immunis. Quin & veritas confessionem hanc antagonista invito & reluctanti extorsit, causam efficientem lapsus fuisse *ANIMÆ DECRETUM*. Errat autem, *hodie actiones physicas corporis UNICE UNICEQUE* dependere ab anima existimans, dependent enim ab ea, sed non unice. Nam si membra minus recte disposita sint, multum decedit animæ imperio. Dolendum est, quod mihi res sit cum adversario, in nulla parte Philosophiæ vel mediocriter versato.

S. 38. Somnum Adamo Gen. II. 21. extraordinarie & *supernaturaliter* immissum esse, libens fateor. Inde autem non sequitur, *contra naturam* ipsi immissum. Proinde firmiter hoc persistit, quod somnus statui in integritatis minime adversatur. Lunam in statu integritatis semper plenam esse debuisset, figmentum est adversarii, omni probatione destitutum. Quod si homines universi cera ad alios usus, non autem lucis efficiendæ ergo uterentur, temerarii facti idcirco arguendi minime essent. Sin vero quispiam pronuntiaret, homines universos nunquam in usum lucis ceram adhibere, is temeritatem committeret absurdissimam, Genes. I. 2. diserte legitur, *tenebras fuisse super faciem abyssi*. Quod autem nulla mora inter tenebras & lucem intercesserit, temere etiam pronuntiat dissentiens. Nam v. 3. demum legimus, *dixisse Deum, fiat lux*. Lunam in statu integritatis haud fuisse ita movendam, ut inter hanc & solem terra interponi deberit, sine ullo fundamento putat *ô arrinisti meos*. Nullibi enim commemoratur in sacris literis, DEum post lapsum hominis Lunæ alium motum indidisse. Johannem Arndium de Eclipsibus loqui in statu peccati, ex circumstantiis patet. Fateatur etiam, *die Finsternissen der grossen Himmlischen Lichter hätten natürliche Ursachen*, Lib. IV. cap. 4. num. 4. Minus accurate quoque loquitur de Eclipsibus solis. Nam sol semel tantum obscuratus est in passione Christi. Alias non Solem viti, sed terram, vel pueri ex Orbe picto norunt. Analysis nostram dicti Rom. VIII. 19. seqq. arrodit quidem *ô èz èvartias*, sed rationem nullam in contrarium affert. Obientui sumit, *chartam rationes non capere*. Quod si vero vel a convitiis, quibus chartas replevit, & exemplum præbuit, quam verum sit Wigandi effatum, *Errorum defensionem nihil habere moderati*, Manichæismo renovato, p. 415. sibi temperasset, charta rationes abunde cepisset, si quas habuisset in promitu. Ita procumbunt humi, quæ p. 67. 68. in medium protulit.

AD VINDICIAS QUÆSTIONIS,
AN HOMO SIT SPECIES INFIMA.

§. 39. Pagina 70. differentia specifica definitur *universale*, quod de pluribus *INDIVIDUIS* in quid *sive essentialiter predicatur*. Hæc autem non est definitio differentie, sed speciei. Proinde adversario haud recte cognitum est, quid a Philosophis designetur per speciem, quandoquidem speciem & differentiam inter se confundit. Eodem pagina triangulum, *obtusangulum*, *acutangulum*, *OBLIQUANGULUM*, species esse *diversas* pronuntiat; cum tamen obtusangulum & acutangulum sint species obliquanguli, hoc autem illorum genus. Nam obtusangulum habet omnes angulos obliquos, nec non acutangulum. Quid tironibus Geometriæ videbitur de Professore Philosophiæ in Archi-Gymnasio, qui ne prima quidem elementa Geometriæ didicit? Leo cum equo, elephante, ipsoque homine convenit eodem genere proximo, quod est animal; Quando etiam quaeritur, quo genere proximo conveniant homo & locusta, iidem respondendum est, genus proximum esse *animal*. Neque enim propinquius genus reperitur, in quo homo & locusta conveniant. Alia vero quaestio est, num locusta inter se hoc proximo genere contineantur? De Levit. XL. 22. 23. Lutherus in glossa marginali observat, diese vier Thiere wären in unserm Lande nicht, wiewol gemeinlich Arbe und Hagab für Heuschrecken gehalten würden, die auch vierfüßige Vögel wären. Aber es sey gewisser, diese Ebreische Namen zu brauchen. Quod ארבה sit locusta, non amplius dubium est propter locustas, quæ A. 1693. Vratislaviam innumerabili copia advolarunt. Hæ enim cum descriptione Salomonis Prov. XXX. 27. accurate conveniebant, prout Caspar Neumannus in Homilia, Heuschrecken ein Heer des Herrn der Heerscharen, luculenter demonstravit. Quod הרגל כלעם & הרב הוב sint locustæ proprie dictæ, mihi non sit verisimile, quia tanquam diversæ species ab ארבה distinguuntur. Ad quaestionem quid harum specierum genus sit proximum, num sit locusta, an avis, an animal? respondeo ex Textu, nullum horum esse genus proximum, sed שרץ העוף reptile volucre. Imperite etiam objicit Antagonista, leonem, equum &c. non esse species infimas, quia species infima supponant species subalternas. Nam animal est species subalterna, est enim species corporis animati, simulque genus leonis, equi, cameli, hominis; vid. Porphyrii Institutiones Cap. 2. Quod si diversas species philomelarum vidit adversarius, vel aliunde novit, edisserat eas. Sin plures ipsi sint ignotæ, persisteremus in sententia Physicorum, unam solam philomelæ speciem dari.

§. 40. *Viruculos montanos sive metallicos esse homines*, Pilgerus inde

de probare conatus est, quod *in humana apparerint forma*. Illationem hanc in *Animadversionibus* p. 33. everti instantiis, ex quibus patet, diabolum humanam figuram mentitum esse. Quae Dannhauerus in *der Catechismus-Milch* P. 7. p. 122. 123. commemorat, ab adversario in *Vindictis* p. 71. frustra in subsidium vocantur. Dannhauerus enim haud affirmat, rem ita se habuisse, sed ita scribit, *sie solte sich begeben haben / p. 122.* Deinde si vera est historia, fuit diabolus. Unde enim homo aliquis in mari didicisset linguam Danicam, ut eam cum Senatoribus regni Danici colloqueretur, & minaretur, so sie ihn nicht zur Stund würden wieder ins Wasser setzen / solten wider Schiff noch Out von ihnen zu Land kommen?

§. 41. Rudigerus in *Physica Divina* p. 174. 175. virunculos montanos statuit esse demones. Quinam varo sunt demones? Nonne Diaboli? 1. Cor. X. 20. 21. 1. Tim. IV. 1. Apoc. IX. 20. coll. Matth. XII. 24. VIII. 28. 29. Luc. XI. 20. 24. 26. Itaque Rudigeriana sententia, non esse diabolos, sed demones, semet ipsam evertit. Argumentum ejus, *virunculos hos nunquam ad peccatum, odia, rixas, irritasse quenquam, sed blasphemos, jurantes, fislulatores, & quavis scelestos non pati*, roboris est nullius. Nam Erasimus Francisci ex Athanasio commemorat, daß der Teufel die Ordens-Leute oft ermahnet habe / des Nachts aufzustehen / zu beten / und Gott zu loben / mit Psalmen / vid. *Hölscher Proteus* p. 685. De Mailloto notum est, Diabolum ei specie pudice formosaeque virginis apparuisse, alterius virginis amorem ea conditione pollicentem, ut a furto, ebrietate, lascivia, execrationibus, blasphemis sibi caveret, pietati daret operam, pauperibus beneficeret, singulis hebdomadibus bis jejunaret, die Dominica imo quotidie cultui sacro & precibus vacaret: conf. E. I. H. M. D. entlarveter Jacob Böhm p. 42. 43. Quin & Rudigerus ipse ex Agricola refert, quod *Annaberga, in fodina quadam argenti perquam divite, duodecim metallici necati sint, ideoque fodina devotilla fuerit.* Ita diabolus *ωδονομήτος* (Joh. VIII. 44.) indolem suam satis clare ostendit.

§. 42. De vocabulo *heresis* Latinum Lexicon evolvi juber, ignarus forsitan, Graecam esse vocem. Cum vero in Novo Testamento semper in malam partem capiatur, usurus fuisset alia voce, nisi animo esset in heresim vitiosam prono, cuperetque ea se *Pilgerianos* dici, quemadmodum Terentiano Gnathoni in votis erat, *parafiti ut Gnathonici vocarentur.* Quod si vero ex Lexico Latino hac de re judicari vult, evolvat Thesaurum Fabri a Cellario recognitum, Leget ibi, *nos Christianos heresim dicere opinionem aberrantem a vera doctrina.* Frustra etiam cavillatur Pilgerus, *suam opinionem a signemris Paracelsi multis modis differre, cum ex tali hypothese suerit, de qua nunquam cogitasset Paracelsus.* Nihil enim hinc aliud sequitur, quam Paracelsi iungas a Pilgero interpolatas esse.

§. 43.

§. 43. Periculum opinionis suæ contecturus regerit p. 72. a) *nunquam se docuisse, omnia spectra, in humana figura apparentia, esse homines, sed viros metallicos esse speciem hominum, a specie tamen hominum in imagine divina creatorum s. a nostra specie diversam.* At vero in eo jam magnum & grave inest periculum, si metallica spectra pro hominibus venditentur. Ita enim facile evenire potest, ut adolescentes alitque conversationem cum metallicis spectris sectentur. Imo, cum nunquam error ibi desinat, ubi inceptit, ad alia quoque spectra applicabunt, eaque homines esse, non minus, quam viros illos metallicos, sibi persvadebunt, adhibita Pilgeriana ratiuncula, in humana apparere forma. Regerit b) *si legitima hac esset illatio, nec doceri debere, angelos bonos in humana figura apparere, vel apparere saltem posse.* Nam sic etiam proximum fore, ut cum malis angelis, quos bonos esse putarent, familiariter versari non horrerent, atque sic in Magiam & aeternum exitium præcipientes darentur, cum diabolus se transformare posset in angelum lucis. Discrimen autem manifestissimum est. Nam angelos dari bonos & non raro apparuisse, sacre literæ diserte testantur. Paracelsi autem & Pilgeri commentum, viros metallicos esse speciem hominum, nec scripturæ nec rationi innititur. Deinde non sunt hodie apparitiones Angelorum optandæ, ob ingens periculum, ne Satanas in Angelum lucis transformatus nobis imponat.

§. 44. Paulus Act. XVII. 26. non loquitur restrictive, sed universaliter. *Fecit DEUS ex uno sanguine OMNE GENUS hominum, ut habitarent super UNIVERSAM faciem terræ.* Ergo nullum est genus hominum, quod non ex uno sanguine Adami oriatur. Proinde absurdum est, dari homines vel in Luna, vel in aliis astris. Nec virunculi isti montani & metallici sunt homines, quippe quos ab Adamo haud descendere Antagonista fatetur. Sic & Apostolus Rom. V. 12. *per peccatum Adami IN OMNES HOMINES mortem transiisse* testatur. Nil igitur juvat adversarium distinctio, inter homines super terram habitantes, & eos, qui infra terram vel in mari habitant. Sive enim supra terram, sive infra eam, sive in mari habitent, peccarunt in Adamo, adeoque in ejus lumbis fuerunt.

§. 45. Quod restat, DEUM ex animo veneror, ut adversario largiatur penitentiam ad cognitionem veritatis, ut sobrius fiat ex Diaboli laqueo, a quo captivus factus est ad ejus voluntatem. 2. Tim. II.

AB 154893

AB: 154893

ULB Halle 3
003 313 859



81

UD17







B.I.G.

Farbkarte #13

Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

42 .

45

RESPONSIO
AD
VINDICIAS PILGERIANAS,

Differtationum Tremoniae habitarum ;
DE IMAGINE DEI, MUNDO, AC SPECIEBUS RE-
RUM IMMORTALIUM INNUMERIS:

nec non Programmatum,
DE INFLUXU LAPSUS HUMANI IN MUNDUM
CORPOREUM,

Et Quaestione, AN HOMO SIT SPECIES INFIMA?

Autore

M. Gottfr. Christoph. Claudio,

V. D. M. Pratenfi.

HAMBURG I, --
Ex Officina JOH. CHRISTOPHORI KISNERI,
A. C. 1734.